



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 62. Æneæ oratio ad Papiensem Cardinalem Vice-Cancellarium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

§. LXII.

Sæcul. XV.
A.C. 1458.*Æneæ oratio ad Papiensem Cardinalem
Vice-Cancellarium.*

Æquo animo Vice-Cancellarius verba tulit Æneæ amici sui, nihilque, quod reponeret, promptum habuit, vidensque Æneas, Papiensem Cardinalem avidis auribus sua excepisse verba, ad eum digressus dixit: „ Video, quod studia tua tam „ arte Cardinali Rothomagensi devove- „ ris, ut ab eo recedere, haud ultra tibi „ integrum sit. „ Respondit Papiensis Cardinalis, *Sane meum promisi adjicere calculum, sine quo etiam Rhotomagensis est Papa futurus. Æneas reposuit: Ita pensabis gloriam Proavorum tuorum? nonne Nepos illius Martini Brandi Cardinalis es, qui tempore Concilii Constantiensis non quievit, donec electione Martini V. Romæ sedes restitueretur Apostolica, quam in Germaniam transfulerat Joannes XXIII. Patruus tuus ex Germania sedem reduxit in Italiam, tu ex Italia reduces in Galliam? nobilemque nationem tuam iterum repones sub jugo Gallorum, ut iterum Siciliam usurpent, & sedem transferant, vel ipsi ex Gallia commigrent in Italiam.* „ Num sperare poteris, quod tibi magis, quam suis popularibus favere velit? Si vero reponas, eum spondisse, quod absque Sa-

Hist. Eccles. Tom. XXVIII. Mm „ cri

Sæcul. XV.
A.C. 1458.

„ cri Collegii consensu, quem tamen
 „ nunquam obtenturus est, nequaquam I-
 „ talia excederet; ad hoc & mihi respon-
 „ deas velim, si tamen Italiam relinque-
 „ re statueret, num credes, Cardinalium
 „ quempiam adeo magnanimum fore, ut
 „ sese ejus proposito opponat? Nonne
 „ tu omnium primus eris, qui favore
 „ quodam ab eo lactatus, Pontifici di-
 „ ces, Beatissime Pater, vade, quo lubet
 „ ire? Quæ autem Italiæ facies, si ab
 „ ea absens est Pontifex? Splendorem
 „ suum amittit, si illam Papa deserit, &
 „ adhucdum rem moliri conaris, qua ta-
 „ men patriæ tuæ exitium promotes?
 „ vel enim Pontifex in Francia sedem
 „ suam figit, tum Italia erit sine capite,
 „ sine Pastore: vel Romæ permanebit, &
 „ rursus hanc urbem Orbis caput extra-
 „ nei imperio subjectam non sine mole-
 „ stia cernere compellemur, denuo eri-
 „ mus mancipia Gallorum, qui brevi e-
 „ tiam Siciliam suæ subjicient potestati.
 „ Jam sub Callisto Catalani sibi cuncta
 „ vindicarunt, quod tibi haud ignotum est.
 „ Nunc ergo, cum Hispanorum tyranni-
 „ dem paulo ante expertus sis, Gallorum
 „ jugo te submittere paras, brevi poeni-
 „ tebit te, quod illis accessum in Italiam
 „ concesseris; cernes enim Cardinalium
 „ Collegium nonnisi Gallis repletum, qui
 „ tanta potentia ibidem dominabuntur,
 „ ut

„ ut nullus ultra Pontifex nisi natione
 „ Gallus eligi possit. Quis vero tibi sen-
 „ sus, quod Virum, qualis est Rothoma-
 „ gensis Archiepiscopus, in Christi Vica-
 „ rium nominari contendas? nec tibi
 „ Religio, nec pietas, nec iustitia, minus
 „ prudentia, ac iudicium ultra inesse vi-
 „ detur. *De Persona, te ipsum appello, qui*
toties mortem praelegisti quam electioni assen-
tiri Rothomagensis. Si Papam dicimus,
nonne in faucibus lupi ovem ponimus? For-
san ex dæmone est mutatus in Angelum; vel
tu ex Angelo es mutatus in dæmonem, &
 „ Angelum tenebrarum; ita esse merito
 „ conjicimus, eo quod avaritiam atque
 „ ambitionem hujus Viri approbes. U-
 „ bi jam in te est amor patriæ tuæ, quam
 „ olim cunctis terræ Nationibus prætu-
 „ leras; hanc, ni fallor, dereliquisses nun-
 „ quam, etsi carissimos quoque amicos
 „ tuos adversus eam conspirare vidisses.
 „ Egregie prorsus decepisti me, aut po-
 „ tius temetipsum, quinimo & ipsam pa-
 „ triam tuam prodes, ni brevi ab errore
 „ tuo resipiscas. „

§. LXIII.

Papiensis Cardinalis a Rothomagensi deficit.

Ad hæc obmutuit Papiensis Cardinalis,
 & vix lacrimis imperans, tandem in

M m 2

hæc